



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**


Antipharmacum ex Locis Philippi. tit. de Sacramentis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40295**

*Antipharmacum ex Locis Philippi.  
tit. de Sacramentis.*

Homines profani (id est Zuuinglius & Zuuinglia-  
ni) cogitant sacramenta esse signa professionis, quæ discernant  
a ceteris hominibus nos, qui quasi huic fæderi adiuncti sumus,  
ut discernebat Romanum toga ab aliarum nationum homini-  
bus, seu esse signa quorundam officiorum erga homines. Profan-  
nus ergo est Zuuinglius, quia hoc disertè docet, vt iam  
vidimus.

Quæritur XII. In quo prædicamento ponatur sacra-  
mentum. Respondeo, Hunnum Tract. de Sacramentis  
in genere, tria Prædicamenta, quasi domicilia, sacramentis,  
assignare; primò & primariò, Prædicamentum Actionis.  
II. Prædicamentum Substantie. III. Prædicamentum  
accēsū, seu Relationis. Ego nihil addo, sed Logicis com-  
mitto, vt dispiciant, num tria prædicta prædicamenta  
hoc nouo inquilino augere velint.



*D E B A P T I S M O.*

VÆRITVR I. Quæ sit notio seu etymologia  
huius vocabuli Baptismus. Respondet Luthe-  
rus: Nomen, Baptismus Græcum est, Latinè po-  
test verti merito, cum immergimus aliquid in a-  
quam, ut totum tegatur aqua. Et quamvis ille mos (immerge-  
di) iam aboleuerit apud plerosque (neg. enim totos demergunt  
pueros, sed tantum paucula aqua perfundunt) debebant tamen  
prorsus immersi & statim retrahiri, id enim etymologia nominis  
postulare videtur. Et Germani quoq. baptismum Tauffi vo-  
cant, à profunditate, quam tiefi illi sua lingua vocant, quod  
Lutb. hom. de  
baptismo tom.  
1. lat. VViteb.  
Eadem ferè  
habet Luthe-  
rus, lib. de Ca-  
ptiuit. Babyl.  
tom. 2. lat. VVi-  
teb. fol. 75. edis.  
1562.